UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

143. Iesus sistitur primu[m] ante Anna[m], deinde ante Caipham Pontificem, vbi indignis vexatur modis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

CAP. 143. IESVS *ſiſtitur primùm ante Annam, deinde ante Caipham Pontificem, vbi indignis modis vexatur.* *Matth.* 26. * 142. *Mar.* 14. * 142. *Luc.* 22. * 142. *Iohan.* 18. * 142.

S. Matthæus.

AT illi tenentes Ieſum, duxerunt ad Caipham principem ſacerdotum, vbi Scribæ & ſeniores conuenerant. Petrus autem ſequebatur eum à longè, vſq; in atrium principis ſacerdotum. Et ingreſſus intró, ſedebat cũ miniſtris, vt videret finem. Principes autem ſacerdotum & omne cõcilium quęrebãt falſum teſtimonium contra Ieſum, vt eum morti traderent: & non inuenerunt, cùm multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſsimè autẽ venerunt duo falſi teſtes: & dixerunt, Hic dixit, Poſſum deſtruere templú Dei, & poſt triduum reædificare illud. Et ſurgens princeps ſacerdotum, ait illi, Nihil reſpondes ad ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur? Ieſus autem tace-

S. Marcus.

ET adduxerunt Ieſum ad ſummum ſacerdotem: & conuenerunt omnes ſacerdotes & Scribæ & ſeniores. Petrus autem à longe ſecutus eſt eum vſq; intró in atrium ſummi ſacerdotis: & ſedebat cum miniſtris ad ignẽ, & calefaciebat ſe. Summi verò ſacerdotes & omne concilium quærebant aduerſus Ieſum teſtimonium, vt eum morti traderent, nec inueniebãt. Multi enim teſtimonium falſum dicebãt aduerſus eum: & conuenientia teſtimonia non erãt. Et quidam ſurgentes, falſum teſtimonium ferebant aduerſus eũ, dicentes, Quoniam nos audiuimus eum dicentem, Ego diſſoluam templum hoc manu factum, & per triduum aliud non manufactum, ædificabo.

S. Lucas.

COmprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis ſacerdotũ: Petrus verò ſequebatur à lõge. * 144.

S. Iohannes.

COhors ergo tribunus & miniſtri Iudæ comprehen runt Ieſum, & li uerunt eum: & ad xerunt eum ad A nam primùm, era enim ſocer Caiphæ, qui erat pontifex anni illi Erat autem Caipha qui conſilium de rat Iudæis, Quia pedit vnum hom nem mori pro pop lo. Sequebatur au ſum Simõ Petrus, ali⁹ diſcipulus. D pul⁹ aũt ille erat tus põtifici, & int uit cum Ieſu in at pontificis. Petrus tem ſtabat ad oſt foris. Exiuit ergo ſcipulus ali⁹ qui notus pontifici, & xit oſtiariæ: & in duxit Petrum. D ergo Petro anc oſtiaria, Nunqu tu ex diſcipulis e hominis iſtius? D ille, Non ſum.

S. Matthæus.

tacebat. Et princeps
ſacerdotum ait illi,
Adiuro te per Deum
viuum, vt dicas nobis
ſi tu es Chriſtus filius
Dei. Dicit illi Ieſus,
Tu dixiſti. veruntamen
dico vobis, àmodo
videbitis filium
hominis ſedentem à
dextris virtutis Dei,
& venientem in nubibus
cæli. Tūc princeps
ſacerdotum ſcidit
veſtimenta ſua, dicens,
Blaſphemauit:
quid adhuc egemus
teſtibus? ecce, nunc
audiſtis blaſphemiā,
quid vobis videtur?
At illi reſpondentes
dixerunt, Reus eſt
mortis. Tunc expuerunt
in faciem eius:
& colaphis eum ceciderunt,
alij autem
palmas in faciem
eius dederunt, dicentes,
Prophetiza
nobis Chriſte: quis
eſt qui te percuſsit?
*144.

S. Marcus.

cabo. Et non erat
conueniens teſtimonium
illorum. Et exurgens
ſummus ſacerdos
in medium, interrogauit
Ieſum, dicēs,
Non reſpondes
quicquam ad ea quæ
tibi obijciuntur ab
his? Ille autem tacebat,
& nihil reſpondit.
Rurſum ſummus
ſacerdos interrogabat
eum: & dixit ei,
Tu es Chriſtus filius
Dei benedicti? Ieſus
autem dixit illi, Ego
ſum, & videbitis filiū
hominis ſedentem à
dextris virtutis, &
venientem cum nubibus
cæli. Summus
autem ſacerdos ſcindens
veſtimenta ſua,
ait, Quid adhuc deſideramus
teſtes? Audiſtis
blaſphemiam,
quid vobis videtur?
Qui omnes condemnauerunt
eum eſſe
reum mortis. Et cœperunt
quidam conſpuere
eum, & velare
faciē eius, & colaphis
eum cędere, & dicere
ei, Prophetiza. & miniſtri
alapis eum cædebant.
*144.

S. Lucas.

S. Iohannes.

bant autem ſerui &
miniſtri ad prunas,
quia frigus erat, &
calefaciebant ſe.
erat autem cum eis &
Petrus, ſtans, & calefaciens
ſe. Pontifex
ergo interrogauit Ieſum
de diſcipulis
ſuis, & de doctrina
eius. Reſpondit ei Ieſus,
Ego palam locutus
ſum mundo, ego
ſemper docui in ſynagoga,
& in templo
quò omnes Iudæi
conueniunt: & in occulto
locutus ſum nihil.
Quid me interrogas?
interroga eos
qui audierunt quid
locutus ſim ipſis. ecce,
hi ſciunt quæ dixerim
ego. Hæc autem
cùm dixiſſet, vnus aſſiſtens
miniſtrorum
dedit álapam Ieſu, dicens,
Sic reſpondes
pontifici? Reſpondit
ei Ieſus, Si male locutus
ſum, teſtimoniū
perhibe de malo: ſi
autem bene, quid me
cædis? Et miſit eum
Annas ligatum ad
Caipham pontificem.
*144.